



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XVII. Bischof Volrad von Halberstadt bestätigt dem Katharinenstift in Wolmirstedt die ihm vom Markgrafen Johann geschenkte Kirche des h. Pancratius mit der Kapelle, im Jahre 1270.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

XVI. Die Markgrafen Johann und Otto resigniren dem Bischof von Halberstadt den Zehnten von 4 Hufen in Alt-Halbensleben, am 15. December 1267.

Venerabili in Christo Domino suo dilecto Halberstadiensi Episcopo Johannes et Otto, Dei Gratia Brandenburgenses Marchiones, promptam in exequendis omnibus voluntatem. Resignamus vobis Quatuor mansorum Decimam in Altenhallensleben, libere per presentes. Dantes In huius rei Testimonium prefens scriptum. Datum Alvensleve, Anno Domini MCCLXVII, XVIII Kal. Jan.

Aus dem Copiarlo des Klosters Alt-Halbensleben (38) f. 10 im R. Prov.-Archive zu Magdeburg.

XVII. Bischof Volrad von Halberstadt bestätigt dem Katharinenstift in Wolmirstedt die ihm vom Markgrafen Johann geschenkte Kirche des h. Pancratius mit der Kapelle, im Jahre 1270.

Volradus, Dei gratia Halberstadenſis Episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, eternam in Jesu Christo salutem. Juris exigentia exigente, nec non officij nostri requirente debito, debitores sumus ecclesiarum nostre sollicitudini commissarum indemnitati consulere debita cautione et earum stabilitati operam adhibere efficacem, pro eo videlicet, vt qui diuinis obsequijs manciantur, cum temporalibus stipendijs adiuuentur liberius et commodius spiritualibus proficiant incrementis. Sane illustrissimus Princeps Dominus Johannes, marchio Brandenburgensis, ob Dei reuerentiam et honorem, ecclesiam beati Pancratii cum capella in Wolmirstede collegio beate Katerine ibidem contulit cum omni iure et attinentijs vniuersis, quatenus collegium memoratum perpetuis inde temporibus fructuoso sustentationis incremento valeat emendari. Cuius laudabilis actio et pia collatio, vt robur perpetue firmitatis forciatur, ipsam auctoritate presentium in nomine Domini confirmamus, et ne huic nostre confirmationi alicuius contraria, quod absit, temeritas in posterum se opponat, aut per sinistram calumniam vel rancorem maliuolum valeat infirmari, prefens scriptum Sigilli nostri patrocínio duximus firmiter roborare. Acta sunt hec Anno Christi M^o. CC^o. LXX^o.

Aus einer Copie in Bedmann's Nachlasse.

XVIII. Erzbischof Erich bekundet verschiedene dem Kloster Marienthal gemachte Zuwendungen, am 17. Januar 1288.

Ericus, Dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, vniuersis presentes litteras inspecturis in perpetuum. Tenore presentium profiteamur, quod cum olim abbas et conuentus